

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Humilitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A Iiae tyrannum à Timao historiarum scriptore notatum observavimus, quem tota pueritia *noivis acci-*  
*piter fuisse tradit, nec minus petulanter reliquum atatis tempus in nequitia peregrinse. Ceterum Acci-*  
*piter præter id, quod egregie est prolifica vi præditus, id etiam commune habet cum Sole, quod &*  
*vivacissimus esse perhibetur, & jubari ipsius radios firmiter intuetur. Unde etiam sit, ut Medici ad o-*  
*cularum morbos Accipitrina herba utantur beneficio. Qui quidem rerum consensu etiam transit*  
*ad metalla. Siquidem ferunt osla ex ejus tibiis admota auro, ita id attrahere, quemadmodum Ma-*  
*gnes ferrum sibi cogit adhæscere: nimur enim Chymici aurum folare metallum ponunt. Por-*  
*ro Accipitrem Apollinis nuncium dici, legas apud Adamantium. Plutarchus, qui eumdem Osirum*  
*& Solem interpretatur, omnino propter eximiam videndi facultatem hoc assertum putat. Habet &*  
*aliam cum Sole similitudinem Accipiter, quod ut perhibent, tricesimo quoque die soleat scimine*  
*consortium appetere, ut Sol eo circiter temporis intervallo superato, Luna conjungitur. Ea vero*  
*fuit mortalium religio, Medicina inventum Apollini adscribentium, ut in desperatis a clinica medi-*  
*cina morbis, cuiusmodi quartanae sunt, in quibus parum illa, ut nihil pollet, persuasum sit vel pulve-*  
*B rem, in quo se volutaverit Accipiter, lino rutilo in linteolo adalligari decumbentis collo, remedio,*  
*ut ajunt, efficacissimo.*

## DEUS. CAP. III.

**S**ed cur ego dissimilem, quod ab Eusebio resertur super ali-  
 tis hujus præstantia, ut inquit ille, à Zoroastro traditum,  
 Deum Accipitris habere caput? quippe qui inter omnia ea,  
 quæ labem nullam aut corruptionem sentiant, primus in-  
 genitus, neque interitus unquam, partium expers, sibi  
 que ipse similissimus, bonorum omnium origo atque au-  
 thor, rerum pater omnium optimus ac prudentissimus, sa-  
 crum justitiae lumen, absolutissima naturæ perteccio, ejus-  
 que inventor & sapientia: quas dotes cum Soli plerique at-  
 tribuant, quaro magis ejus authori summò convenient, qui  
 C tabernaculum suum in eo, uti apud scriptores divinos legi-  
 tur, collocavit.

## SUBLIMITAS. CAP. IV.

**M**otum ad hæc philosophantis cuiuspiam, qui recta feratur in sublime, nulla prava rationis  
 fallacia perplexitateve labefactus, sed quicquid hic conspexerit, statim surrigat ad Deum, ii-  
 dem ipsi sacerdotes ostendere si vellent, Accipitrem sursum verlus aera captantem pingere con-  
 fuerunt. Cetera enim volatilia, si cursum arripuerint in sublime, obliquo ferri tractu, curvatisque  
 spatiis agi coguntur, neque recta cursus possunt intendere. Solus autem Accipiter sublimipeta re-  
 cto meatu volat.

## HUMILITAS. CAP. V.

**C**ontra vero, si à sublimium consideratione se ad hæc inferiora demiserit, quasq; ibi ideas con-  
 spexerat in centro hoc recognoscat, neque ab recto quicquam aberrarit itinere, volentes indi-  
 D care, Accipitrem identidem se ad terram demittentem faciebant: nam volucres reliquæ, veluti  
 sursum verlus volatilæ, per circuitus alcendunt, ita cum descendunt, transverlo, tortuosque vola-  
 tu id facere coguntur. Verum Accipiter, uti sursum verlus efferendus, recta fertur, ita si superne  
 delapsus, ad terram humpeta fiat, recto ad nos tramite defertur.

## ANIMUS. CAP. VI.

**C**um itaque potiores volandi partes Accipitri date sint, animusque sit Platoni alatus, sint vola-  
 tilia etiam in Paradisum deliciarum, quippe in animam ad hominem adducta, quod varios  
 ipsius cogitatus ostendit, non immerito Accipiter tam ob hoc, quam etiam ob ea quæ superius dicta  
 sunt, animi simulacrum habetur apud Agyptios: hique duo quos ponunt motus, totidem in animo

*Cur Deus  
per Accipi-  
trem.*

*Hinc Homo.  
Iliad. libr.  
1. Οὐρα-  
νοὶ οὐκ  
perniciores  
accipiri-  
bus.*

